

lib. 11. cap. 37. dicens: Animo videmus, animo cernimus. Oculi cœca vasa quadam, visibilibus eius partem accipiunt, atque transmittunt. Sic magna cogitatio obsecrat, ab dâcio intus visa. Sic in marbo Comitiali, aperti nihil cernunt, animo caligante.

29 In Tobia non animus caligabat, sed squama albuginis sensationem oculorum impediēbat. Erat in tenebris interioribus, quæ pendebat ab ineptitudine sensus aliquo obice: non autem in tenebris exterioribus, quæ sunt absentia vel privatione externa lucis: de quibus sermō tractabimus, T. 8. T. 8. ad illud Act. 12. 6. Custodes ante ostium custodiebant carcere. Hoc in statu constituto Tobia, Dominus miseris laboris dignatus est, in eius sanitatem mittere ad terras Archangelum Raphaelē; qui se dixit de filijs Israël æquivoce, id est, de videntibus Deum, v. 7. sicut, v. 18. amphibologicē etiam dicitur Azarias, Ananias magni filius: hoc est, Gratia filius, & Auxilium Dei. Quod Raphael assumpserit corpus cuiusdam Azariæ, Ananij filij iam facti functi, à Tobia alibi cogniti; Rabbincum commentum est, & despicabile, uti getta & getta. Cur autem de Raphaelē dicat Senex, v. 27. esse Angeli Dei bonum, diximus fusillimē, Tom. 4. l. 5. à v. 28. Angelus bonus assiluit semper homini, & alter malus, quos genios vocant Ethnici. Azarias dæmones imitandos, & cæcos dæmones placandos monent: ait Augustinus, de Ethnicis, 1. de Consens. Evangelist. cap. 18. & Orpheus, in Iovem hymn. v. 3. in utriusque differentiam.

O Rex cœli & inferni, marisque & terre,
Quem dæmonis horrent, & Deorum cœtus metuit.

Orph. 30 Tobias ergo, cum arbitretur se mori, domique essent res angustæ, ne filios etiam paupertate premeretur, maturē monuit de recuperatione decem argenti talentorum, cuius habebat apud se chirographum. Unde necessarium, proficisci in Mediam quod debitor fidus exigebat vitam, ut argento deportato, sine tanta pressura aleretur familia. Quare iussu patris quarenti filio ducem in viam obviam se obtulit Archangelus Raphael, specie iuvenis splendidi, stantis, præcincti, & quasi in iter parati: qui quidē interrogatus, Tobie iuniori respondit, nosse cuncta itinera in Mediam; hocquē nuncio introduxit ad patrem, à Raphaelē salutatum urbanē, precante bona pacificē. Gaudium tibi sit semper, seni dixit: cui cæcus respondit: Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Q. d. Quale merenti gaudium, si nequeo videre cœlum? Sedere ergo pro merore sumitur. Quomodo sedet sola civitas? Thren. 1. 1. Id est, luget, sedebit solitarius, & tacbit: cap. 3. 28. Sed in pulvere virgo filia Babylon, sedet in terra. Isai. 47. 1. Sedebam, quoniam comminationes replesti me. Jerem. 15. 17. denique, Matth. 27. 61. de Christi discipulos dicitur: Erant sedentes contra sepulchrum. Apud exteros tam Græc. quàm Latin. phrasit trita. Homer. 18. Iliad. v. 104. de Achille lugente Patroclum, ait: Apud naues sedet: & 10. Odys. v. 567. Sedentes illis genebant, evellebant que capillos. Euripid. Iphigen. in Aulid. v. 70. Lacrymabunda, & sola sedeo. Virgil. 6. Aneid. v. 617. Sedet, aternumque sedebit infelix Theseus. Lavin. Lugetur: lib. 9. v. 4. Turnus sacra valle sedebat. Plin. 34. cap. 14. Filio præcipitato, residens, penitentemque. Sicus lugentium est: quare effugies afflictorum, signumque mororis. Unde Virtus fingitur sedens super sepulchrum Diacis, evulsisque præ merore capillis.

Dilacerata comas (visus miserabilis, Ebeul)
Consideo ad cineres hic Telamoniade,
Ita dolore gravi.

Inquit Claud. Minos in Embl. 43. Aleiat, Ita Asia, Africa & Europa coram Romæ imagine sedebant inclinato vultu, declivo lumine, demissoque capite. Goltz. in Cesar. & Orlav. Idem de Nilo, Ægypto, & Alexandria, apud Hemelar. Tabul. 19. ac in fronte Topograph. Rom.

Ante tuos pedes illa ipsa adopena sedebit:
Narravitque sedens longa pericla sua.

Canit Propert. lib. 2. Eleg. 28. v. 45. Vid. Pamel. in cap. 16. Apolog. Tertullian. n. 241.

31 Tobias sedet, id est afflictus iacet, exprimens ex fessione vehementem dolorem animi. Sessio duo significat in expressione perfectionis ac virtutis Tobie; quippe lapis Lydius, eiusdem virtuti & perfectioni. Significat, nihil agere, atque supplicem iacere: virtusque eius eximia, tam in patientia, quàm in impatientia sancta: impatientia ex otio nullas actionis, & patientia in dolore calamitatis. Sessio pugnabat serventissima senis cha-

Plin.
August.
Orph.
Tob. 5. 13.
Sedere pro merore.
Homer.
Claud. Min.
Sedere situs victorum.
Propert.
Sedere pro nihil agere.

charitati: urgebat hæc, ut plura in Dei obsequium perficeret: & magis urgebat, cum vellent plura facere, & præ cæcitate non posset. Iccirco sedentibus in tenebris iungitur umbra mortis. Psalm. 106. 10. igitur iusto vita præ cæcitate otiosa, non est vita. Otium signatur fessione. Surgite, postquam sederitis. Psalm. 126. 2. & 136. 1. Illic sedimus & fecimus. Opportunè; nil poterat senex sedens facere, nisi flere: flebatque quia quod decebat operosa charitas, retraherat hostiliter otiosa cæcitas. Apud Græcos erat Lapis dictus otiosus, ubi sedebant qui afflicti in templo Minerva. Pausan. cap. 105. Liv. lib. 4. sect. 13. Compresis manibus sedeat. Virgil. 12. Aneid. v. 15. Sedant, spectentque Latini. Hinc senis cæci infelicitas: equidem quum inflammabat viscera activa charitas, in tenebris præ cæcitate sedebat, & spectare nequibat.

32 Situs fessionis etiam indicat supplicem animum, quasi non impatienter ferentem à Numine labore meditanter concessum. Humiliamini, sedete. Jerem. 13. 18. Idem Isai. 3. 26. 32. 18. 2. Reg. 12. 16. & 3. Reg. 21. 27. Sedebant ad Aram, que est in Arce templi supplices: ait Thecydides de Atheniensibus, lib. 1. & 3. Ita humilitatem Ethnici præ se ferebant: propterque apud illos in templis erat saxum, quod Sacrum vocabatur. Lapidem verò eum, qui ante adem iacet (inquit Pausan. cap. 74.) & Sacer dicitur; illum esse dicunt, super quo novem viri de Trozenorum Civitate Orestem à matris cade purgarunt. Subscribit acceptioni Poëta. Virgil. 2. Aneid. v. 566. & v. 573.

Limina Vestæ
Servantem, & tacitam secreta in sede latentem,
Tyndarida aspicio: atque Artis involisa sedebat.

Virgil.

Propert. lib. 4. Eleg. 4. v. 33. Ad vestros sedeam captiva Penates. Eleg. 5. v. 37. Supplex ille sedet. Idem Tibull. 4. Eleg. 13. v. 23. Ovid. 2. Trist. Eleg. unic. v. 297. Iffidus ade sedens: Titusque Calphurn. Eclog. 1. v. 80. Plutarch. in Coriolan. Cicer. in Catone, alijque apud Colvium, in Apuleium, fol. 161. qui subdit: Mæsti ac lugentes sedebant, sic & supplices. Ita Tobie cæci fessio, qua eius ostenditur cum Numinis voluntate conformatio. Quale gaudium? Hoc non dixit ex impatientia (signat Lyran. hic n. 16.) sed continens gaudium præsentis vite, & sperans gaudium futura. Qui lugent modo, tanquam non lugentes; quippe vel pressi malis exultant supplices.

33 Senex luget tristis, & cæcus luget. In tenebris sedeo, & lumen cœli non video. Brevis exponit humilitatem & laborem, & quid eius cæcitate contracta confundit faciem. Constantius de Morbis, lib. 2. (quem sequitur Barchor. Reductor. lib. 4. cap. 11. & Grannoyse 7. de Propriet. rer. cap. 18. & 19.) inter passiones (inquit) miserabilior est ipsa cæcitas. Illa decipitur homo in apprehensione, Synderesi, & electione. Non indicat de coloribus: ideoque apprehendit nigrum ut album, albumque nigrum, vulnere imaginationis, atque lésione deceptæ phantasmate specierum prævaricarum mentis. De liberatio in illarum iudicium, etiam eventu deceptione fraudatur: discernit enim venite huc & vadit illuc. Evanescit quoque contra voluntatem electio recta; quippe tacta duntaxat ducta, maioris habet plumbum, quàm pretiosum aurum. Sæpe videtur sibi securus, ubi iare timendum; timetque similiter, ubi nihil formidandum. Quia nihil videt, arbitratur non videri. Premittit pede, ubi necesse cadere: pedem elevat, ullo procul obice. Nihil fiducialiter agit. Unde Episcopo Laodicæ Dominus dicit: Tu es miser & miserabilis & pauper & cæcus & nudus. Apocal. 3. 17. Carcer est totum corpus (inquit Ambros. 6. Ambros. Hexæm. cap. 9.) tenebroso inbovens, sicut, nisi oculorum illuminetur aspectu. Quod ergo Sol & Luna in cælo, hoc sunt oculi in homine. Sol & Luna duo mandâ lumina: oculi autem quedam in carne sidera fulgent desuper & inferiora claro illafrant lumine; nec patiuntur motibus quibusdam nos tenebris implicari. Speculatores quidam nostri die ac nocte excubant: nam & ex sopore membris cæteris, citius excitantur, & vigilantes circumspiciant omnia. Elucet ficione senis Tobie gravissima, gaudij expultrix tribulatio, sine luminum, vel presentilumine, oculorum adminiculo.

34 Oculi ergo in homine est portio sublimis, cœlestis, quasi divina; cuius miraclitas, & stupenda subtilitas. Organum vocat lucidum Rhodigin. lib. 3. cap. 28. Solarem Rhodigin, radium, divinisimumque membrum. Hinc carentia lucis usurpatur pro afflictione, etiam in valentibus videre. Quid in impote lucis, ut erat senex, impeditis organis? En pœna maxima. Cæcitate, & (pro Ut) in meridie, sicut palpare solet cæcus in tenebris, & non dirigas vias tuas. Denter. 28. 29. Palpavimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis atreticlavimus: impingimus meridie, quasi in tenebris; & in caliginosis quasi mortui. Isai. 59. 10. Idem Job. 5. 14-12. 25. Protectio miserabile, ut sicut tenebra, ita & lumen. Unde amen.

Charitas otiosa tabescit.
Quid lapis otiosus? Tit. Liv.
Sedere pro humiliari. Quis lapis facit? Pausan.
Virgil.
Colv.
Lyran.
Constant. Cæcitas cur grave malum?

amenia summa Democriti, dum sibi oculos eruit, ut nihil inspiceret, vel ut menti apertis ianuis, magis animo videret, iuxta fatuitatem prescriptam, num. 28. Democritum Phi- lofophum (ait Aul. Gell. 10. Attic. noct. cap. 17. & Ravil. Text. 2. Officin. cap. 58.) vi- rum præter alios venerandum, auctoritateque antiquâ præditum, luminibus oculorum sibi sponte se privasse, quia existimaret cogitationes, commentationesque animi sui, in contem- plandis naturæ rationibus, vegetiores & exactiores fore; si eas videri illecebris & oculorum impedimentis liberaffet. Lucret. eisd. rideat, lib. 3. a v. 362. refert fatuitatem, ibid. v. 2043.

Aul. Gell. Democritum

Lucret.

Quæ erit

Labete

Idem per- tium Arabi ad Sepul- chrum Ma- hometi. Gabr. Sion.

Plin. In ære eius urna.

Ubbi Emm.

Cecitas con- fertur mor- ti

Galtruch. Plin. Solin. Præstantia singularissi- ma visus. Cicar.

Gem. Frif.

Ellan. Qui oculi perspicacio- res Rhodigin.

Denique Democritum, postquam matura vetustas Admonuit memorem motus languescere mentis Sponte sua letho caput obtutus obtulit ipse. Lumine adempto animam moribundo corpore fudit.

Laberius in Mimitis, refert non sibi eruisse oculos, sed obtupecificâ, & splendore Solis obcæcasse.

Democritus Physicus Philosophus clypeum Contingit contra exortum Hyperionis, Oculos ut possit effodere splendore æreo, Ita ut radijs Solis aciem effudit luminis.

Hæcine sæpe faciunt Arabes vitu femel Mahometis sepulcro. Gregatim summum hinc loco honorem deferunt (inquit Gabriel Sionita in Republ. cap. 8.) summâque veneratione eos cancellos (cum nemini pateat aditus ad Urnam) amplectuntur ac desolantur, & felices se, ac beatos prædicant. Hinc factum est, ut multi huius loci desiderio patriam consan- guineosque reliquerint: plerique etiam tali insanâ dementiâque capti fuerint, ut sibi sponte oculos eruerint, ne scilicet quicquam mundanum viderent. Quia urna in ære suspen- sa, ait Dalecamp. in illud Plin. lib. 34. cap. 14. Democritus Archicæctus Alexandria Arfinois templum concamerare incubaverat; ut in eo simulacrum eius ætæ ferro, pendere in ære videretur. Verùm de huiusmodi artificio iam locuti in Ephemerid. die 25. April.

35. Estimabile igitur oculorum lumen; ut cor possit frui, creatique in visum, gaudere, delectabilibus varietate & pulchritudine. Unde illi qui monoculus, etiam ad collum sine suspensio, in leges Locrensius ausus est loqui, Eò quòd reputaret, vitam in cæcitate degendam, ipsâ morte acerbioris sibi futuram. Vid. Respublicar. Græc. p. 2. §. 18. Apposite morte gravior huiusmodi in homine affectio. Quare Phineo (ut observat Eu- stach. in 12. Odyss. Natal. à Comitib. lib. 7. Mytholog. cap. 6. La Zerd. in 2. Æneid. v. 212. n. 3.) data est optio à love, aut mori, aut Solem non videre & cæcum vivere. Quale enim erit fæcine gaudium obtenebrata ac obscurâ caligine luce oculorum? Hinc non solum visus, sed eius præstantia, uti singularis, singulariter plausibilis, Dictum vulgò, quod videtis apud Petr. Galtruch. d. Disput. 1. tract. 3. cap. 1.

Nos sper audita, lynx visu, simia gustu, Vultur adoratu, præcedit aranea tactu.

Sed mira narratur ab AA. Oculorum acies, vel maximè fidem excedentia; invenit exem- pla: ait Plin. lib. 7. cap. 21. idemque Solin. cap. 6. Visu plurimum potuit Strabo nomine, quem perspicax per C. XXX. M. passuum Varro (lib. 6. de Ling. Latin.) significat; solum- tumque à Cartagine exeantem classem Punicam, numeramque navium manifestissimè à Lilybitana specula denotare. Astruit etiam Valerius Max. lib. 4. cap. ult. Cicero. Academ. 4. At ille nescio quis (inquit) mille & octoginta stadia, quòd abesset, videbat. Arbitror demonis operâ revelata; sicut cum cæderetur Domitianus à quodam Stephano, Apollo- nium Thyanæum, cum Ephesi esset, vidisse in Domitiani cubiculo eodem dixisseque, Eu- gè Stephane: percutite, percutite peccatorem. Xiphilin. in Domitian. Philostrat. lib. 8. & Gem- ma Frisius 1. Cosmogr. cap. 7. Impossibile enim, ac ultra naturalem virtutem, quæ ma- xime locis disita, quasi oculis esse objecta. De minutissimis literis & operibus, aciem & perspicacitatem comprobantibus, diximus Tautolog. præced. n. 29. etsi Ælian. 1. de Var. hist. cap. 17. de huiusmodi subtilitate dicit: Quid enim hæc aliud sunt, quam tem- poris vana perditio? Visus præstantiam tribuit Rhodigin. lib. 16. cap. 2. proportioni ignei & humidii oculorum humori. Unde subdit: Visus est optimus & prima notæ, in quo humo- ris excessus, aut defectus nil deliquerit. Plin. ut præfixum, num. 9. oculorum recessus attri- buit intra proprias concavitates, quæ non solum conditi, sed reconditi.

Si excilius perspicuitatis oculatorum felicitas, summa profectò afflictio contra-

26

Et cæcitas. Propter eam olim per oculorum lumen expressa vita, & vita fausta, ut præmi- si; Tom. 3. l. 6. n. 15. Educet me in lucem. Mich. 7. 9. idest; in felicicarem. Itai. 60. 1. Sarge Ierusalem, quia venit lumen. Clarius, 61. 1. Prædicarem clausis apertionem. Se- penagint. quos sequitur Luc. 4. 18. Cæcis visum: quo constat per lucem felicitas & liber- tas. Subiacent oculi (inquit Plin. quò dudum) pari corporis pretiosissima, & qui lucis usa vitam distinguunt à morte. Apuleius, Metamorph. lib. 11. Iam tibi providentiâ meâ il- lusecit dies salutaris. Unde Homer. 16. Iliad. v. 190. & 18. v. 61.

Lumen ocu- lorum pro vita & fa- lici.

Plin.

Homer.

Ecceat; eg- rorari sensu- bra.

Senec.

Senec.

Ibid.

Et pro qua- vel id quod

Apollon

Atat secun- dus pro pri- mo, seu præ- potentia.

Virgil.

Cicer. Lux delecta- bilis.

Dracont.

Eduxit in lucem & Solis vidit splendorem.

Quoad mihi vivit, & videt lumen Solis.

Sicut per lucem vita iucunda, æque per tenebras signata fuit arumnosa, imò ipsa mors, uti frequenter apud Poëtas: Mars, nox occupat artus. Homer. 4. Iliad. v. 461. 503. & 526. Tenebra oculos contexerunt: & 18. v. 11. Deserturum lucem Solis. In sacris usque- quaque. Psalm. 54. 6. Contexerunt me tenebra. Eccl. 21. 11. Tenebra & pœna: igitur sine luce vel iucundissima mœsta, cum luce autem vel amara iucunda. Senec. in Octav. à y. 223.

Lux alma tenebris, roscida nocti dies!

Qui sape terras fulmine infesto quatit,

Mentesque nostras sacris terret ignibus,

Novisque monstis; vidimus caelo iubar.

His constat, quomodo gaudium à corde senis evanuit; igitur cæcitas visionem Archana gæli obtenebrando compescuit.

37. Sine gaudio cæcus in tenebris sedet; additque, quòd cæli lumen non videt. Et pro Eò quòd, vel Quia, particula rationali. De hac acceptione sæpe egimus: vide Tom. 1. T. 6. n. 38. Quare sensus: Sædo, nihil agens: sædo telluris inutile pondus; quia, vel eò quòd lumine cæci non fungor, mihi que quasi non esset splendor; expositus pericu- lis, causâ aberrantis cæcitatâ, quasi in tenebris; quin possim casus effugere, nec me, nec alios à periculis defendere. Vivide expressum in Phineo, luminis orbo; cui quia cæcus in- fuscabant Harpyiæ. Ad unguem Apollonius Argonaut. lib. 2. v. 267.

Cum gravis inde senectus

Invasit, primùm est oculorum lumine captus.

Inde frui dapibus vetitum est, quas plurima semper

Turba colonorum illius portabat in ades.

Adi Virgil. 3. Æneid. à v. 125. Valer. Flacc. lib. 4. Helioid. & Natal. Comit. 7. Mytholog. cap. 6. Alter exponi potest eò & pro Ideò, Propter eam, aut Igitur (de quo loc. cit. & Tom. 3. T. 12. n. 26.) tuncque in genuinum sensum, actus secundus fumendus pro primo. Qui facit mirabilia magna solus. Psalm. 35. 4. hoc est, potest facere. Vab qui destruis templum Dei, & intriduo illud readificas: Matth. 27. 40. Osce, 1. 10. Arenâ maris, & non numerabitur: scilicet, numerari non potest. Similiter in presentiarum. Si gaudium videre cœlum; quale gaudium mihi, qui cæli lumen nec possum videre? Eccl. 11. 7. Dulce lumen; & delectabile est oculis, videre Solem. Virgil. 3. Æneid. v. 600. & lib. 6. v. 363. perproprie fuccinit:

Hoc cæli spirabile lumen.

Cæli iucundum lumen, & auras.

38. Iucundissimum namque frui cælo in halicum vitalem; cœlique luce, in vitam iucundiorum. Quid huius cæli spiritus potest esse iucundus? Quid eius luce? Ita Cicer. 1. in Catilin. Splendide Dracont. in Oper. sex dies. à v. 1.

Initium factis lucem dat lucis origo,

Quæ mundo vita præmissa est principe lucis

Quæ totum præcessit opus, quod continet orbis,

Quæ Solis prævenit iter, Lunamque cornscam,

Cuius iussit ope clarescere cuncta creatura.

Lux datur ante polum, lux claræ causa diei,

Lux iubar æthereum, lux noctis limen & umbræ

Lux facies rebus cunctis, & lux elementis,

Lux genitis factisque calor, lux gratia Solis,

Lux decus astrorum, lux aurea cornua Luna,

Lux fulgor cæli, lux & primordia mundi,

Lux splendor flammæ, lux magni temporis iudex;

Lux honor agricolis, requies lux omnibus agris.

Cæli cor, fontque lucis Sol plauditur à Macrobio, 1. in Somn. Scipion. cap. 20. Hoc est Sol in aethere, quod in animali cor. Plin. lib. 2. cap. 6. Medius (inquit) Sol fertur amplissima magnitudine ac potestate: nec temporum modo, terrarumque, sed siderum etiam ipsorum, cælique rector. Hic suum lumen cæteris quoque sideribus fenerat. Idem Orph. hymn. in Apollin. Splendor sanè est orbis, cæli pulchritudo, lucis honor, naturæ gratia, & splendoris venustissimus decor. Cuncta breviorè stylo Sirachus: Vas admirabile, opus Excessi. Quod diligitur summè, dicitur lux, ut consert præ cunctis acceptior hæc. Lux dilectissima: Sophocl. in Antig. v. 100. additque de Sole: Apparuiti ô aurei diei palpebra. Martial. lib. 7. Epigr. 13. Lux mea. Augustus dicebat Horatio: Ocelle mi. apud Schild. in Horat. Vic. Plautusque in Carcul. Ad. 1. scen. 1. v. 15. Ostim oculissimum: ibique Taubmann. & Turneb. 11. Advers. cap. 7. Oculissimum vocari charissimum, & gratissimum, quod tanquam oculus, quo nihil iucundius nobis est, plant censuratur. Hinc oritur cæci senis querela, quippe ex privatione lucis tota tristitia. Malâ pectus hominum urgent, sed vident mala. Nullum cæco gaudium, cui non prodest oculos levare in cælum: unde afflicti cordis mæror, quem expellere non valet magni luminaris fulgor. Sol (inquit Plin. d.) lucem rebus ministrat, aufertque tenebras. Hic cæli tristitiam descendit, atque etiam humani nubila animi serenat. Manil. 1. Astronom. cap. 3. v. 49.

Macrob. Plin. Excellentia Solis. Eccl. 43. 2. Sophocl. Adr. Turneb. re charissimâ.

Plin.

Manil.

Hinc ubi ad occasu. nostros Sol aspicit ortus, Illic orta dies sopitas excitat urbes, Et cum luce refert.

39 Si vis accipere sententiæ geminationem, summam ex illa explicando cæcitate; haud absre. In tenebris sedeo & lumen cæli non video. Tanta mihi privatio lucis, & tenebræ cæcitat: igitur non solum non video lucem, imò nec possum videre splendidissimum Solem. Siccine extrema caligo explicatur à Symposio, Anigm. 2. 1.

Sympos.

Cæca mihi facies, atris obscura tenebris: Nox est ipsa dies, nec Sol mihi cernitur ullus.

Ex huiusmodi articulo, materia & modo, summa in Scriptura solet designari afflictio, uti dum querulus Ieremias profert: Me minavit, & adduxit in tenebras, & non in lucem. Hoc est, in obscurissimas tenebras, accepta geminatione pro superlativo. In locum carceris obscuriore, in tenebras tenebrarum, in ergastulium adyrum ac penetrabile, quò obscurissimæ palpabiles tenebræ. Quasi quid discretum esset absentia lucis, & presentia tenebrarum, possitque esse ullus privationis effectus; signantur carentia positivi, & effectus ex carentia: vel affirmatio & negatio contrarij (quæ figura dicitur Bebeosis) in vi-diore significationem, excessum, aut magnitudinem. Saepè egi, sed accipe alia. Psalm. 102. 16. Spiritus pertransibit in illo, & non subsistet. Proverb. 8. 8. Iusti sunt omnes sermones: non est in eis prævium quid. 3. Reg. 10. 3. Docuit omnia verba, non fuit sermo, qui regem posset latere. Idem 2. Paral. 9. 2. Apud Profanos stylus obivus. Plutarch. de Diction. Ei, subdit: Alij sunt, nec solus hic, Plin. lib. 36. cap. 17. Servantis corporibus, non absumentis. Aristophan. in Avib. Act. 5. v. 68. Inimicis & non amicis: & Plaut. in Mostell. Act. 1. scen. 3. v. 29. Doctam, non stultam. In his omnibus excessus exprimitur pæ exaggerationem seu epitañm: haccineque phrase Ieremias crudelè monstrat, diramque incarcerationem; quippe non solum adductus in latumias, ubi sine luce; sed ubi nequibat esse: non solum in ergastulum obscurum, sed etiam in ergastuli recessum; ubi necessarid comites tenebræ, sine ulla spe neque lucis levamine. Quic esse misera fors; & levari cogitatio, si fortè sit spes. Iubet Deus aliquando de tenebris lucem splendescere. Noctem cogitationes venterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem: dicebat Iobus, 18. 12. Tenebræ sine luce, sunt tenebræ sine spe. Solamina ad nihilum venient, corda premuntur, auxilia, sicut cera quæ fluit, auferuntur: igitur oculi tenebrarum viderunt acerbitatem, verùm non viderunt Solem.

Thra 3. 2. Geminatio pro superlativo.

Bebeosis.

Epitasti in geminatione sententiæ.

Quid tenebræ sine luce?

Iob. 12. 25.

Ilai. 30. 10.

40 Ita pectora afflictorum in miserijs non subsistent. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce. Verrigine laborant, in luce cespitant, offendicula formidant: equidem non solum carent lumine, sed ab illo distant longè. Ambulavit in tenebris & non est lumen ei. Quid hoc, & quomodo aliter? Facillimè. Sunt in tenebris, & laborant cæcitate. In visionem necessaria oculi & lux. Multi, uti Tobias, sunt in tenebris ratione cæcitat: nos sumus cæci in tenebris, absentia lucis: utrumque igitur necit Propheta in unum, ut cogitent homines quæ tenebræ tenebrarum: igitur flagitij cæci, & in obscuris sine lumine gratiæ. Ambulant in tenebris, quibus non est lumen oculis; siquidem oculos habent, &

non

non vident: nihilominus videre valent, si lumina habuerint. Est molestia, sed non summa (sumpta metaphora à corpore in calamitatem animæ: summa profertur, ubi utriusque defectus: igitur habent improbi gravissimam oculorum cæcitatem, atque gratiæ cæcileis nec habent lumen. Aptantur testimonio Ethnica. Homer. 15. Iliad. v. 186. Sortitus est caliginem obscuram. Graphice Virgilius, 3. Aneid. v. 583. cti sumperit ad verbum, sed non modum, ex Homer. 9. Odyss. à v. 143.

Nam neque erant aethrorum ignes, nec lucidus aethra Sidera à polus: obscuro sed nubila cælo Et Lunam in nimbo nox intempesta tenebat.

In excessum affirmatio, & negatio affirmatio-nis.

Virgil.

Claret, quid intenderit Ieremias, dum se adductum dicit in tenebras & non in lucem. Depingit obscuritatem hypogæi, quò inclusus & reclusus; igitur summe uti distans à lumine, carcer caliginè tenebrosus: iungitque tenebras & non lucem, quasi simul lux & tenebræ esse possent; quippequam specus non solum lumen non habebat, sed nec recipere quibat. Sil. Ital. 6. de Bell. Pun. v. 149.

Ubi supra.

Sil. Ital.

Intus dira domus; curvoque immanis in antro Sub terras specus, & tristes sine luce tenebræ.

41 Aliquando in Scriptura post tenebras signatur illarum effectus, seu potius suppositum. Caligo tenebrarum. 2. Petr. 2. 17. In tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obtacaverunt oculos eius. 1. Ioan. 2. 11. Unde David: Misit tenebras & obscuravit. Testimonium possumus interpretari, accipiendo & pro Ut (de quo Tom. 1. T. 6. n. 39. & 3. T. 4. n. 42.) tuncque sensus: Misit tenebras, ut obscuraret Ægyptum. Etiam exponi quit per Hylteron-proteron, ubi posterius, quod prius: q. d. Ægyptum obscuravit, mittendo tenebras. Haud dubiam est tenebras sequi remotà luce, à qua claritas, & cuius absentia obscuritas: diciturque meditantèr obscuritas congenita tenebris; ut signetur horror tenebrosæ caliginis. Id est tenebræ ingentes, quæ Cimmeria vocantur à Profanis, Cæcæ, Fumosæ, Profundæ. Exod. 10. 22. Tenebræ horribiles. Nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco, in quo erat. Sapient. 17. 2. Vinculis tenebrarum & longe noctis compediti, inclusi sub tectis. Solis illis superposita erat gravis nox imago tenebrarum. V. 2. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum. 18. 4. etenim Solis ac siderum obscuritate iacebant summâ obscurissimâ caliginè, vaporum conspatione, ducti in staporem præ articulo novitatis, cum in meridie Sole rutilo desiceret dies; uti ait Philo, de Vit. Mosi. Senec. in Hercul. furent. à v. 936.

Ue quid excessu suppositi necessaria.

Pl. 104. 20. & pro Ut. Hylterologia Tenebræ sine brarum barrot.

— Sed quid hoc? Medium diem Cinxere tenebræ: Phæbus obscuro meat Sine nube vultu. Quid diem retrò fugat, Agit que in ortus? Unde nox atrum caput Ignota profert: Ut tot stella polam Implent diurnæ?

Cur dicuntur tur carcer?

Scucc.

Sucton.

Aliò Sucton. in Neron. cap. 19. Tanta caligo oborta est, ut discipere non possent; Ipse caput medio Titam cum ferret Olympo, Condidit ardentem atrâ caliginè curruis, Involvitque orbem tenebris, gentisque coëgit Desperare diem.

Lucan.

Accinit Lucan. 1. v. 540. Signatiùs Virgil. 3. Aneid. v. 201. quia tempus etiam desinit:

Virgil.

Ipse diem noctemque negat discernere cælo: Tres adeo incertos cæcâ caliginè Soles Erramus.

Ita enim Ægypti triduo iacuerunt, quo tempore nihil agebant, quippe cuncta præ nimia caliginè formidabant. Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem. Tibull. lib. 3. Eleg. 4. v. 9.

Tibull.

At natam in curas hominum genus, omnia noctis Et pavidas mentes falsa timere iuvent.

42 Effectus necessarius, vel expressio suppositi, vel eiusdem geminatio semper exprimit quid nimis per superlativum, iteratione sententiarum vel verborum. Posuisti tenebras, & facta est nox. Paulusque inquit: Tenebris obscuratum habentes intellectum. Apuleius, 9. Metam. stylum imitatur Græcismi. Fumosis tenebris (inquit) vaporosa caliginis, Pija. lib. 30. cap. 3. ex quo Iidor. 12. Etymolog. 3. de Talpis: Damnatas cæcitate

Pl. 103. 20. Ephel. 4. 18

perpetua, tenebris etiam. Senec. in Medea v.741. Cæcis cæcum umbrosi Ditis. & in Agamem. v. 466.

Senec. Lux conditur, stella cadunt, cælum perit, Nec una nox est, densa tenebras obruit Caligo, & omni luce subducta fretum Cælique miscet.

Infernus signatus per tenebras. En summa caligo, & tenebrarum summa. Quare Ethnici infernum haud aliud putarunt nisi locum tenebrosum (quem signat etiam lobus, 10.22. Terram miserie, & tenebrarum) obscuritatem, tenebras & caliginem; uti observat La-Zerd. in 6. Aeneid. v. 363. n. 1. Vatefque ibid. v.267. inquit

Virgil. Caligine mersas Ibant obscuri sola sub nocte per umbras. Euripides in Bacch. v. 510. Obscuras videat tenebras. Manil. d. v. 43. & Soufa Ethnicorum sequens cogitationem, lib. 3. de Conception. v.8.

Manil. Souf. Fugit in infernas caligo pulsa tenebras. Ad nigras sine luce domos, sine Sole recessus: Ad Pblegethonteis ardentia sulphura ripis. Ita ergo cum super cæca caligo, & recessu infernarum ascendisse dicitur à Lucretio, 6. de Ker. natur. à v.249.

Lucret. Quod tunc per totum concreverunt aëra nubes Undique, uti tenebras omnes aberunt a cæcurn Liquefisse, & magnas cæli complisse cavernas.

43 Aliter præter dicta cogitandum, ubi lux proponitur sine tenebris, & tenebris sine luce. Primum de Deo dicitur: Lux est, & tenebre in eo non sunt ulla. Quomodo lux, fuxe opacimus, Tom. antec. T. 1. n. 28. Vel apud Ethnicos, at notat Charat. Præfat. in Imagin. Deor. fol. 14. ex Eusebio simul. crum summi Dei fiebat ex materia lucenti, qualis est crystallus. Cur autem si lux, nulla in illo tenebræ, Tom. 3. T. 6. à n. 11. Si ex lucis acceptionibus eruit sensus, idem est, ac Deus summa felicitas, summa in cunctis summitas, perfectio sine ullo defectu, plenitudo sine diminutione, magnitudo sine quantitate, veritas sine fallacia, & præ cunctis eminentia. Rabb. Schabche ita, & non inepte cogitat: Centrum respectu infinitudinis, eò quod infinitudini respectu luminis sui magnificatissimi, nullus est finis vel terminus. Si literaliter exponitur testimonij phrasis, idem est, ac dicere Lux lucidissima, sumpta Beboæsi pro superlativo. Dracontius de Oper. sex dies. v. 13.

Rab. Schab. Dracont. Clarus ubique Deus, nunquam mutabilis, auctor Quem non obscurant quæcumque ex parte tenebra, Nec celantur ei quæcumque obscura geruntur.

Ambr. 5. 18. Si Deus ita lux est, ut tenebræ in eo non sint ulla, quare Deis Domini tenebræ, & non lux?

44 Huiusmodi prognosticum indicat duabus reliquis Tribubus (decem pridem in captivitate adductis) immutabile divinum etiam de captivitate decretum, ut factum est; sumpta similitudine iudicij extremi, vel diei generis humani universalis iudicij, quo iudex mortuorum constitutus ac vivorum cum magnifica gloria, reddet singulis secundum opera sua. Id eò à Ioële dicitur, 2. 31. Dies Domini magnus & horribilis. A Petro,

Ioel. 2. 31. Iudicium universale unde et v. 1. 2. Act. v. 20. Magnus & manifestus. Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostrimagis nobis horribilia, quia manifesta. Horribilis profectò, & propter manifestationem criminum, & propter supplicium indeclinabile & irrevocabile illorum; unde conster impijs, quod tenebræ & nulla lux. Status pristinus orbis à lapsu primi parentis, umbra & umbra, tenebræ & tenebræ, ex absentia Redemptoris. Apparuit humanitas Salvatoris nostri Dei, & gratis; habitantibusque in tenebris, ac umbra mortis, lux orta est eis. Unde Paulus siebat: Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Si per lucem gratiæ celestis signatur in coelestia ex captivitate libertas, ac per tenebras afflictionis ex iniquitate animarum captivitas; adveniente iustitiæ Sole, nox peccatorum præcessit, diesque gratiæ appropinquavit. Assertor enim de se dicit, quod pridem Propheta: Spiritus Domini super me. Evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere contrarios in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Tempus nimirum indulgentiæ & tempus etiam extremi iudicij. Altissimè quidem, ut hominum deses cæcitiens animus firmidaret, ne peri-

Rom. 13. 12. Iudicium universale unde et v. 1. 2. Act. v. 20. Magnus & manifestus. Tunc manifesta erunt abscondita cordis nostrimagis nobis horribilia, quia manifesta. Horribilis profectò, & propter manifestationem criminum, & propter supplicium indeclinabile & irrevocabile illorum; unde conster impijs, quod tenebræ & nulla lux. Status pristinus orbis à lapsu primi parentis, umbra & umbra, tenebræ & tenebræ, ex absentia Redemptoris. Apparuit humanitas Salvatoris nostri Dei, & gratis; habitantibusque in tenebris, ac umbra mortis, lux orta est eis. Unde Paulus siebat: Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Si per lucem gratiæ celestis signatur in coelestia ex captivitate libertas, ac per tenebras afflictionis ex iniquitate animarum captivitas; adveniente iustitiæ Sole, nox peccatorum præcessit, diesque gratiæ appropinquavit. Assertor enim de se dicit, quod pridem Propheta: Spiritus Domini super me. Evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum, dimittere contrarios in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Tempus nimirum indulgentiæ & tempus etiam extremi iudicij. Altissimè quidem, ut hominum deses cæcitiens animus firmidaret, ne peri-

periret, ex tempore tempus. Sicut ut penitentent, illis solvit divina gratia cum cæteris donis, quasi lux sine tenebris; haud aliter in iudicio ad iudicium, quippe penitentia non erit locus, nec tempus amplius; dies ille peccatoribus horribilis; horribilis plane, quippe Domini iustitia in die illa absque ulla misericordia. Tota tenebræ & non lux: nimirum, sine ulla clementiæ spe. Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad Aquilonem; in quocunque loco ceciderit, ibi erit. Eccle. 11. 3. Dies profectò tenebrarum & caliginis, dies nebula & turbini, dies ira dies illa, dies tribulationis & angustie, dies calamitatis & miseria, dies tuba & clangoris. Sophon. 1. 15.

45 Si ante iudicium corda paventia propter tot horrida gravida signa, ut dicant montibus, Cadite super nos, quasi in solatium; quale profectò iudicium? Quis finis eorum? Et si iustus vix salvabitur, impius & peccator ubi parebit? Quid peccator dicturus, cum vix iustus sit securus? Si per tenebras indicatur calamitas, atque per lucem dicitur: Nunquid (subdit Propheta) non tenebræ dies Domini & non lux? Caligo & non splendor in ea. Nec rimula in levamen & tubidium. Senec. in Agamem. à v. 487.

Nec hoc levamen denique arumnis datum est, Videre saltem & nosse quo pereant malo. Premunt tenebra lumina, & aëra Stygis Inferna nox est: excidunt ignes tamen, Et nube dirum fulmen elisa micat. Miserrisque lucis tanta ductedo est mala. Hic lumen optant!

Dies alicuius est tempus optatum, atque actum in meditatam propositum, quasi theatrum in quo ostenditur, quod tacite servabatur. Unde dies hominis dicitur, quo pompa gloriosa ac felicitas ostenditur. Ierem. 17. 16. de quo aibi. D. Thom. Quælibet. 48. cap. 2. diem accipit hominis pro die novitatis, conversionis; mortis, vel adventus à fructu iudicij. At dies districti iudicij potius quam hominis, dicitur Domini dies: igitur quasi venit in districtiorem, quam peccator obliviscitur diem. Iecirò Dominus illos alioquitur: Nonne hæc conata sunt apud me, & signata in thesauris meis? Mea est ultio, & ego retribuam in tempore. Deuter. 32. 34. 35. Dies enim Domini (ait Isai. 2. 13.) super omnem superbiam & excessum, & super omnia arrogantem, humiliabitur. Ita etiam Augustin. 1. de Confess. Evang. cap. 28. Dies hic sumitur pro tempore congruo, quasi pridem in vindictam non esset tempus. Dies hominis in theatro felicitatis uti lux sine tenebris: dies Domini pro diebus hominis, cui in mundo faulta atque dextera fors; totus tenebræ & non lux. Nulla maior peccatoris calamitas, quam sine infelicitate tota felicitas. Vel Ethnicus Fortunam insidiantem agnovit. Tribus nuncijs felicissimis simul auditis à Philippo Amyntæ dixisse fertur: O Fortuna! Aliquo levi malo memet affice, pro tot tantisque latissimis bonis. Erasim. Roterodam. 4. Apophthegm. n. 2. Contrarium in diebus Dei & hominis vorum. Dies diei erudat verbum: igitur si hominis fulgor sine fortuna caligine; dies Domini, in dies hominis, sine lumine tenebræ: non solum non erit gaudium; sed premeus pignus æternum tormentum, in instante intensissimo cruciamine, abique ulla consolatione. Afflictionis summitas indicatur per cæcas sine luce tenebras. In iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine servavit. Phrasis communis etiam apud cæteros sacri eloquij. Aratus in Phænomem. v. 90. Stella lucis indiga, & nequaquam splendide. Sophocel. in Antigon. v. 808. Ultimam lumen inspicentem Solis, & nunquam rursus. Plaut. in Penul. Act. 4. scen. 2. v. 13. In totis adibus tenebra, latebra. Heu! Dicent impenitententes, in flagitijs capitone.

Quo ferimus? Ruit ipse dies, orbemque relictum Ultima perpetuis claudit natura tenebris.

Accinit Pedro Albinovanus, apud Marc. Senec. Suasor. 1. Stoicusque in Agamem. v. 720. & in Oedip. v. 590.

Fugit lux alma & obscurat genas Nox atra, & æther abditus tenebris latet: Tum torva Erinny's sonnit, & cæcus furor, Horrorque, & unda quicquid æterna creant. Celantur tenebra. Stupuit exanguis divinus.

Fugiamus cum penitentia à ventura ira, ne propulsemur à celesti patria. Dominus expectat nos quotidie (docet asseclas gratiæ Benedictus & nomine. Prolog. in Regul. Sancti.) his suis sanctis monitis factis nos respondere debere. Iacò nobis propter emendationem malè.

Horribile omni in omni creatura. ne gliscam ab homine tempus.

1. Petr. 4. 18.

V. 20. Peccatoribus in iudicio tenebra sine luce. Senec.

Accipiens diei. D. Thom.

Nulla maior calamitas, quam sine infelicitate felicitas. Erasim.

Iudex v. 7.

Geminati pro excessu

Albinov.

Senec.

S. Benedic. T. opus re leari confer tur in media tentum

malorum, huius dies vite ad inducias relaxantur. Felix, qui iudicat (ut ait Paulus, Romæ 14. 5.) diem inter diem: felicior potius, qui iudicat omnem diem. Variet. 146. Hoc profectò didascalicum: in Litera ergo levis varietas, lectioinum. In tenebris sedeo; & lumen cæli non video. Tygurin. Cæcus iaceo, & non video lumen Solis. Græc. lucem cæli, & oculi sub caligine. Cuncta exposita: à celo in cælum lux data. Vocati sumus in admirabile lumen. Si criminum albugine cæci, accedite ad Deum & illuminamini.

ADINATON EXEGETICUM.

Epilog. ex. curs.

1. Querebatur homo in Tobia cæco, interrogatus de gaudio. Quale gaudium dixit mihi, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video? Quiescant querelæ, dum apparet Verbum Divinum in carne: igitur si patitur cæcitatem, quippe in cælo cæli lumen; iam in tenebris non sedet, qui in terra lumen cæli cum gaudio videt, superato à modo, etiam amoris excessu. 2. In tenebris sedeo, & lumen cæli non video. Si cæli lumen in terra, unde corda, fugiunt gaudia? Haud pendet carentia à luce, sed à peccatorum inolitâ cæcitate: etenim lumen cæli oriens rusticè non videt, qui inter criminum tenebras cæcè sine motu sedet. 3. In tenebris sedeo, & lumen cæli non video. Si idem omnino, quare regerit, quòd lumen cæli non videat, & quod in tenebris sedeat? Opat in luce simul ac tenebris, videre navitatem Salvatoris: quandoquidem ubi in tenebris, cæli luminis claritas; hominis, profusè cæci, summa felicitas.

4. In tenebris sedeo, & lumen cæli non video. Nil mirum, quod cæli lumine careat, cum in tenebris infelicitèr sedeat. Quidam de eodem geminatur questus, Ut retilet felicitas, qua donatus Benedictus: etenim si in mundo tenebræ vitæ, extra mundum lumen cæli; in tenebris vitæ sedens, cæli lumen clarè vidit, quippe quam in mundo extra mundum habitavit. 5. In tenebris sedeo, & lumen cæli non video. En ægritudo senis, sed ridicula affectionis: etenim cum præ cæcitate in tenebris sedeat, & in tenebris nil videat, arbitrat in dilecto non tam videre lumen, quam coelestem splendorem. 6. In tenebris sedeo, & lumen cæli non video. Quod idem est in oculorum sensationis privatione, usufruvenit diversimodè affectionis cæcitate: igitur ita propendet in dilecta, & averterit non proprias, ut in lumine cælestes dotes non videat, & in tenebris lumen, quod non videtur, discernat.

DIDASCALIA PRIMA.

In Verbi Incarnatione homini mirabilis fructus; in Virgine modus.

Virgo præstantior cunctis.

1. Flores iam apparuerunt in terra nostra de fuga hyemissequidem fulget Virginis venter acervus tricij vallatus lilijis. Tanto virginitus præstantior omnibus illa Ibat, eratque decus pompa, comitumque suarum. Obstupuit formâ Iove natus, & athere pendens, Vertit iter, cæloque petit diversa relicto. Digna planè, quam respiceret Dominus, cuius decorem concupisceret Rex, cuius odore navissimo, ab æterno illo paterni sinus straheretur accubitu.

Sil. Ital. 7. v. 173.

Nec pigritum parvosque Lares, humilesq; subire.

Limina calicolum:

Tempus florum Christi videtur resurgenti sanè aptissimum; & quia resoruit caro & ad immortalitatem surrexit homo. At flores & flores; descendente in sinum Virginis: In Verbi mirabili Incarnatione, visum impassibile passibile, immortalè mortale, terrenum, quod cælestè; temporale quod æternû, & quod divinum, corporeû. In resurrectione opposita mirabilia: etenim tunc festivè plauditur passibile impassibile, humanum immortalè; terrenum cælestè: corruptibile gloriosum, atque temporale æternum, sine nociva passione, sine ulla impressione peregrina, ex his quæ lubens suscepit, fovens amorem, propter nos homines, & propter

Florescit enim natura, in Incarnatione Verbi.

Hospitæ adventum testificata Dei.

Idem.

Can. 2. 12. Ghisler.

nostram salutem. Est nexu contradictionis in monumentum humanæ felicitatis: iungiturque tempus floridum, dum de cælo in humana descendit divinum Verbum: quippequam tota admirabilis gloria, quam vidit felix natura in corpore reurgentis, utpote in flore resulit in gremio Virginis Matris. 2. Flores apparuerunt in terra nostra, tempus putationis adventi: cloquitur Ecclesia, dulcissima Sponsa. Flores. Quinam? De cælo, nunquam qui vili in hoc misero mundo. In terra nostra. Quinam flores, flores cæli? Verbum in carne: inquit Ghisler. hic. Hi flores apparuerunt in eius incarnatione; sed quod sequitur, videtur prorsus difficile. Flores apparuerunt in terra nostra: tempus putationis adventi. Iam fructuum opimorum felicitates, quàm videntur tantum flores? Fructus profectò nacti, postquam Redemptor prostrata ac devicta morte, gloriosè adeptus est palmam triumphis: flores fulserunt in mundo, unita sibi incarnando humanâ carne: nexuque sit & florum & fructuum, in assertionem felicitatis hominum; equidem dotes immortalis corporis (quas morte mortuâ gloriosissimè ostendit) vix profectò in flore, dum corpus mortale sumpsit. Intuitus in tot demonstrationibus cordis amantis, sanequam propter nos homines; tendens in nostram utilitatem & propter nostram salutem: necstanturque fructus carnis passibilis, & flores impassibilis carnis; igitur singulari prodigio in genitricis claustrò fructus fecundæ vixit est matris, cum floribus miris integerrimæ virginis. Sed. lib. 2. v. 39.

Cur tunc cum floribus fructus?

Sedal.

Stupet innubensos Virgo sinus.

3. In honorem Matris Deorum ab Ethnicis celebrata singulariter sacra, quæ Hilaria ab illorum plausu dicta. Circa Matrem Deum, catabasi finita, simulationeque luctus peractâ, celebrabatur lætitiæ exordium ad octavum Kalend. April. quem diem Hilaria appellant (ait Macrobius. 1. Saturnal. cap. 21.) quo primum tempore Sol diem longiorem nocte protendit. Pridem signa exhibebantur luctus, postque acclamationes & plausus. Causam Macrobius refert; quia Sol diem longiorem nocte facit. Ovidius, 1. Metam. Fab. 6. quia visa in terris divinitas: Summo delabor Olympo, Et Deus humanâ lustro sub imagine terras. Sibylla apud eundem, 1. Fastor. v. 239. & Pier. Valerian. lib. 45. cap. 5. quia de cælo Deus emissurus plauem, quasi navem de longe portantem pœnem.

Macrobius, Hilaria in honorem Matris Deorum.

Ovid.

At bona posteritas puppem formavit in are,

Præter susceptæ Gentilitas à demone obscuritatem, in mytheria cælum contulit mentis illuminationem. Fulsit vel in tenebris scopus. Sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. In obsequium Matris Dei, Reginæ cæli Mariæ, Christolarum celebrant additissima corda, Virginis Hilaria magna; luctu ex catabasi finita (obscurò tenebris cælo) qui cursum intercepti iucunditatis; propter mortem, ecclesiam lucidi Solis. Micat iam profectò gaudium, atque lætitiæ exordium. Unde ergo? An quia in carne gloriosa per novam lucem, Sol Christus ostendit carnis immortalitatem ita ut qui in corpore novum mortale habuit ortum, non cognoscit ultra occasum? Gentilitas, quia Sol ascendit plausum ex hilaritate astruit nos, quippe de cælo descendit. Illa, quia amplioribus radijs gloriosè lustrabat cælum: nos, quoniam iam relicto cælo, descendens illustrat mundum. Clarius igitur. Ille Sol, non solum Sol, sed est Verbum divinum; quo inter homines felix hilaritatis exordium; quoniam ut floreret genitricis virginitas, & Deus humana lustrat sub imagine terras. Gaudium & summum, utpote gaudium plenum; quia cùm impleter Empyrii ambitum, quia in mundo relinquere divinum parentis sinum; ut homo hospes venit in infima orbis, spectabili navè Virginis matris: ex qua ortus est lustratiæ Sol, hospitatis adventum testificata Dei. Catabasi dicitur inferior Solis descensus. Cesset iam Adami luctus: etenim mors absorpta totius generis, inferiore descensu divini Solis.

Apertus in Christi atque matris obsequium.

4. In signum felicitatis Prisci autumnarunt nasci pulcherrimos flores, quoties aliquod Numen videbatur in terris. Daufqueius in illud Sil. Italic. lib. 7. v. 176. Lætus nec fenserat hospes, advenisse Deum. Cornutus & Theodor. Marcell. in illud Persij, Satyr. 2. v. 38. Quicquid calcaverit hic, rosa fiat: & Gregor. Nazianz. Carmin. 50. v. 412. Terra tuis pedibus proprijs sit prociâ, cuncta.

Terra germenat flores ex adventu Deitatis.

Greg. Naz.

Sit plana & facilis, floresque educat amœnos. Ab Evangelista dicitur signanter flos, quippe Gabriel ad Virginem mittitur in Nazareth; quæ vox Hebraicè sonat civitatem floridam, seu floribus coronatam. Quorsum huc, quò nomenclatura Flos? Vividè profectò nomen portendit Numen: siquidem locus disponitur in hospitium totus floridus, ut in terris clarescat Numinis felix adventus. Quid si terra floreat adinstar culti industriè viridarij, dum Verbum Dei descendit in inferiores partes terræ, servili formâ & humanâ, ut mini-

Luc. 1. 26. Cur ad antiquitatem Numen Virgo habitabat Nazareth?